

illorum integris fructibus, & emolumentis prædictis quoquo modo turbari, vel impedi...

Cameram Apostolicam pro evisione obligat.

§.6. Et pro præmissorum omnium, & singulorum observatione, & manutione, ac quacumque dicti Montis sic per Nos ere...

Thefaurarij eius Camerae hujus Montis Protectorem deputat.

§.7. Et ut Mons prædictus sic per Nos erectus recte gubernetur, & regatur, eundem Hieronymum, & alios pro tempore...

Clausula.

§.8. Decernentes præsentem nostri Motus proprii cedulam, omniaque, & singula præmissa inviolabiliter, donec Mons ipse duraverit, observari, vimque, & efficaciam...

§.9. Non obstantibus præmissis, ac fel. recordationis Symmachi, Pauli II. Pauli IV. Pii IV. & aliorum Romanorum Pontificum...

Exemplis da fides.

§.10. Volumus insuper, & decernimus, quod præsentis nostri Motus proprii cedula sola signatura nostra sufficiat, etiam absque alia data, & registrata, & ubique...

Urbanus Papa VIII.

CLXIV.

Deputatio Torquati de Comitibus in Præfectum Generalem Armorum, necnon Tormentorum Bellicorum, & Militum, quos pro recuperatione fortalitorum, & aliorum locorum Vallis Tellinae Comitatus Bormii conscribi contigerit, cum facultate recipiendi Fortalitia, loca, & arma in depositum nomine Sedis Apostolicæ.

Ex Regest. in Secret. Bero.

Dilecto Filio nobili viro Torquato de Comitibus Duci Guadagnali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili nobilis vir salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§.1. Singularibus tuæ in Nos, & Apostolicam Sedem fidei, & devotionis meritis, generis nobilitate conjunctis, & quam in re militari hæcenus ostendisti, virtute, solertia, & fortitudine inducimur, ut præcipua tibi militaria munera committamus, sperantes in Domino, Te in muneribus hujusmodi administrandis votis nostris cumulate responsurum.

Torquati viri, tus, relique militaris scientia.

§.2. Motu itaque proprio, & ex certa scientia.

Et committi-

scientia, ac matura deliberatione nostris. Te Dilecti filii Nobilis viri Caroli Barberini nostri secundum carnem Fratris germani totius nostræ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Militiæ Gubernatoris Generalis locumtenentem Generalem Militum, & copiarum tam equestrium, quam pedestrium, necnon tormentorum bellicorum, armorumque omnium, quæ pro Fortalitiis, sive Propugnaculorum Vallis Tellinae Comitatus Bormii, ac oppidi Chiavennæ, aliorumque locorum, quæ in fel. rec. Gregorii Papæ XV. Prædecessoris nostri, sive nostris, & Sedis Apostolicæ manibus deposita fuerunt, recuperatione conscribi, & moveri respectively contigerit, cum omnibus, & singulis præminentibus, auctoritatibus, jurisdictionibus, facultatibus, provisionibus, emolumentis, prærogativis, juribus, honoribusque, & oneribus solitis, & consuetis ad Præfecti Generalis hujusmodi officium de jure, vel consuetudine, aut ex speciali gratia, vel alias quomodolibet spectant, & pertinent: apostolica auctoritate tenore præsentium ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum facimus, constituimus, & deputamus.

Cum facultatibus ad hoc necessariis.

§.2. Tibique, ut Propugnacula, sive fortalitia, oppida, vel loca, quæ recuperari contigerit, cum omnibus, & singulis tormentis, armis, aliisque quibuscumque munitionibus, & supellestilibus in illis existentibus, in depositum nostro, & Sedis Apostolicæ nomine, & titulo depositi recipere, in iisdemque propugnaculis, sive fortalitiis, oppidis, vel locis recuperatis tot milites præfidiarios, necnon Capitaneos, & Officiales Nobis, & Apostolicæ Sedi subditos dumtaxat, & non alteri, quot tibi pro illorum securitate, & custodia necessariis esse videbuntur, collocare, necnon Officialibus tuis, & præfidio seu præfidiis ea ordinare, præcipere, & mandare, quæ pro fideli eorundem propugnaculorum, sive fortalitorum, oppidorum, & locorum custodia necessaria erunt, & opportuna, omni vigilantia, & prudentia militari, & si opus fuerit, alios milites ex Statu nostro ecclesiastico pro præfidiis supplemento, sive pro subsidio conscribere, & convocare, cæteraque omnia, & singula, quæ pro disciplinæ militaris, ac propugnaculorum, sive fortalitorum, oppidorum, vel locorum hujusmodi conservatione, & custodia, ac alias in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna tibi esse videbuntur: etiam talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, & quæ tu facere potes, similiter facere, dicere, gerere, & exequi libere, & licite valeas, auctoritate, & tenore prædictis plenam, liberam, amplam, & absolutam facultatem, potestatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Mandatum de preendo.

§.4. Mandantes propterea omnibus, & singulis tam particularibus Capitaneis Equitum, & Peditum Militum, & copiarum hujusmodi, quam ipsis Equitibus, & Peditibus, cæterisque, ad quos spectat, ut te in

Præfectum Generalem hujusmodi debito cum honore juxta tenorem præsentium recipiant, & agnoscant, ac in omnibus illis, quæ pro tempore mandanda duxeris, efficaciter pareant, & obediant. Dilectis vero filiis Nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac Thefaurario, & Depositario Generalibus, ut tibi de provisionibus, stipendiis, & emolumentis prædictis suo tempore cum effectu respondeant, ac ab omnibus responderi curent, & faciant. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Juramentum ab eo præstandum.

§.5. Volumus autem, ut de hoc Præfecti Generalis officio fideliter exercendo in manibus nostris, aut nostris, & Sedis Apostolicæ in Civitate Ferraria de latere Legati debitum præstes in forma solita juramentum.

Dat. die 14 Januarii 1626 Anno III.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 14. Januarii 1626. Pontificatus Nostri Anno III.

Sequitur Subrogatio Joannis Baptiste Nari in locum Torquati de Comitibus locumtenentis Generalis Militiarum, Armorum, & propugnaculorum Vallis Tellinae in eventum recuperationis Comitatus Bormii.

Ex Regest. in Secret. Bero.

Dilecto Filio Joanni Baptiste Naro Fratri Hospitales Sancti Joannis Hierosolymitani.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Singularibus tuæ in Nos, & Apostolicam Sedem fidei, & devotionis meritis, & quam in re militari hæcenus ostendisti, virtute, solertia, & fortitudine inducimur, ut præcipua tibi militaria munera committamus, sperantes in Domino fore, ut in muneribus hujusmodi obeundis nostræ de te expectationi cumulate respondeas.

Joan. Baptiste Nari fides, aliaque merita.

§.2. Cum itaque hodie Dilectum filium Torquatum de Comitibus Nobilem Romanum Militiarum, & copiarum tam equestrium, quam pedestrium, necnon tormentorum Bellicorum, armorumque omnium, quæ pro fortalitiis, sive propugnaculorum Vallis Tellinae Comitatus Bormii, ac oppidi Chiavennæ, aliorumque locorum, quæ in fel. rec. Gregorii Papæ XV. Prædecessoris Nostri, sive Nostri, & Sedis Apostolicæ manibus deposita fuerant, recuperatione conscribi, & moveri respectively contigerit, Locumtenentem Generalem cum facultatibus, ac sub certis modo, & forma tunc expressis apostolica auctoritate ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum fecerimus, constituerimus, & deputaverimus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis exepeditis Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Revenetur Torquati de Comitibus facta deputatio.

tantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad reliqua omnia, quæ Constitutioni dicti Gregorii, & Cæremoniali prædictis, & huic nostro præcepto, mandato, & decreto non sunt repugnantia, in suo robore permanfuris harum serie de simili plenitudine potestatis derogamus, & derogatum esse volumus, & hanc nostram derogationem suam pariter effectum perpetuo consequi jubemus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Clausula.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, voluntatis, & iussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. die 28. Januæ. 1626. An.III.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, quinto Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Card. sub-
scriptores.

- * Ego Fr. Maria Episc. Ostiensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. a Monte promitto, voveo, & juro.
- * Ego Oth. Episcopus Portuen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. Bandinus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Jo. Baptista Episcopus Albanen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. Destus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego B. Episcopus Sabinen. Card. Bevilacqua, promitto, voveo, & juro.
- * Ego A. Episcopus Prænestin. Card. Peretini, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Dominicus Card. Gymnastus tit. Sancti Laurentii in Lucina, promitto, voveo, & juro.
- * Ego G. Card. Madrutius tit. S. Casarei, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Scipio tit. S. Chrysogoni Presb. Card. Burgbesius Major Pænitentiarius, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Jo. Garsia tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. Millinus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Marcellus tit. SS. Quirici, & Julitæ Presb. Card. Lantes, promitto, voveo, & juro.

- * Ego Jo. Baptist. tit. S. Cecilia Presb. Card. Lenius, promitto, voveo, & juro.
- * Ego D. tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Fr. August. S. R. E. Presb. Card. tit. S. Maria de Ara-Cæli, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Gaspar tit. S. Crucis in Hierusalem Presb. Card. Borgia, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Fr. Felix tit. S. Anastasie Presbyter Card. Asculanus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego G. tit. Sancti Bartholomæi in Insula Presb. Card. de Trejo, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Julius tit. S. Sabina Presb. Card. Sabellus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Melchior tit. S. Maria de Pace Presb. Card. Klefelius, promitto, voveo, & juro.
- * Ego S. Presb. Card. S. Susanna Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Guido tit. S. Maria de Populo Presb. Card. Bentivolis, promitto, voveo, & juro.
- * Fr. Desiderius tit. SS. Duodecim Apostolorum Card. de Cremona, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Ludovic. tit. S. Laurentii in Damaso Presb. Card. Ludovisus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarius, & SS. D. N. Summator, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Cosmus tit. Sancti Paucratii Presbyter Cardinal. de Torres promitto, voveo, & juro.
- * Ego P. A. Card. S. Honaphrii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presb. Card. promitto, voveo, & juro.
- * Ego Laurentius tit. S. M. in Aquiro S. R. E. Card. Magalottus promitto, voveo, & juro.
- * Ego Aloysius tit. S. Pudenciana Presb. S. R. E. Card. Gaetanus promitto, voveo, & juro.
- * Ego Dionysius tit. Sancti Trinit. in Monte Pincio Card. de Marquemont promitto, voveo, & juro.
- * Ego Landivius Card. S. Sixti, promitto, voveo, & juro.

Ego

- * Ego Jo. Dominicus Spinula Card. S. Clementis promitto, voveo, & juro.
- * Ego Jacobus Cavalierius S. R. E. Presb. Card. S. Eusebii promitto, voveo, & juro.
- * Ego C. S. Maria in Via lata Diac. Card. Pius promitto, voveo, & juro.
- * Ego M. S. Eustachii Diac. Card. de Sabaudia promitto, voveo, & juro.
- * Ego Alexand. S. Maria in Cosmedin. Diac. Card. Ursinus promitto, voveo, & juro.
- * Ego F. S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Boncompagnus promitto, voveo, & juro.
- * Ego Hippolytus S. Maria Novæ Diac. Card. Aldobrand. S. R. E. Camerarius promitto, voveo, & juro.
- * Ego P. Maria Burgbesius Diac. Card. tit. S. Gregorii promitto, voveo, & juro.
- * Ego L. SS. Viti, & Modesti Diac. Card. Bisca promitto, voveo, & juro.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1626. Indictione 8. die vero 6. Mensis Julii, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Anno ejus 3. supradictæ Literæ lectæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apost. de Urbe, Cancell. Apost. & in acie Campi Floræ per me Tarquinium Majorum Cursorem, & per me Brandimartem Latinum Prælibati Sanctiss. D. N. P. P. ac R. E. & Universalis Inquisitionis Cursores, &c.

Augustinus de Bolis Romanus pro D. Mag. DD. Curf.

Suppressio Congregationis Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium.

Fratres Minores Conventuales Reformatos nihil proprium habere posse decrevit Pius Quintus Constitut. LXXXIV. Ad extirpandos. Tom. IV. Par. III. fol. 17. Eorumdem Reformationem edidit idemmet Pontifex Constitut. LXXXIX. Illa. ibidem. fol. 25. Approbati fuerunt a Sixto V. in ejus Constitut. CIV. Cum sicut. Tom. IV. Par. IV. fol. 356. Quibus etiam præscripsit statuta, ac ordinationes. ibid.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, quem Salvator, & Dominus noster omnium Ecclesiæ suæ Ordinum Patrem, & Pastorem constituit, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, ut illaque, & salubria plantet, & ædificet, ea interdem, quæ certis etiam rationabilibus ex causis a Sede Apostolica sancita sunt, ipsa subinde, rerum experientia suadente, & ex majoribus causis, quibus præsertim felici Religiosorum statui cum divini cultus incremento consulitur, revocat, & immutat, in hisque sollicitudinibus, & providentiæ suæ studium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Aliàs siquidem fel. rec. Sixto Papæ V. Prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Fratrum Minorum Conventualium Reformatorum S. Francisci exposito, quod ipsi strictiorem vitam agere, & se reformare cœperant, aliquosque Conventus acquisiverant, & in iis sub obedientia Protectoris, & Superiorum Ordinis hujusmodi vivebant, idem Sixtus Prædecessor, ne ipsos Fratres Reformatos, eorumque Congregationem super reformatione hujusmodi inquietari contingeret; Supplicationibus eorumdem Fratrum Reformatorum nomine sibi humiliter potrestis inclinatus, Reformationem prædictam ubicumque locorum cœptam, & introductam, & ex tunc in dies introducendam, ac pro ea, & illius felici directione facta statuta, & ordinationes cum inde secutis quibuscumque apostolica auctoritate perpetuo approbavit, & confirmavit, nonnullaque alia fecit, statuit, & ordinavit sub certis modo, & forma tunc expressis, prout in dicti Sixti prædecessoris, sub plumbo desuper, sub datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1687. Idibus Octobris, Pontificatus sui anno tertio, seu alio veriori tempore expeditis literis, quarum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Sixtus V. statuta pro Conventualibus Reformatis edita approbavit.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, ex Con-

1626.
Et substituit J. B. Natus.

§.3. Nos, si quid humanitus eidem Torquato eveniat, aut ipsum Torquatum, quomodo libet impediri, seu eum per Nos ad alia munia obeunda designari contingat, felici Militiarum, & Armorum hujusmodi regimini, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, te in omnes, & singulos eventus predictos, Militum, & Copiarum, necnon tormentorum bellicorum, ac Armorum omnium predictorum Locumtenentem Generalem in locum dicti Torquati cum omnibus, & singulis preeminentiis, auctoritatibus, jurisdictionibus, facultatibus, provisionibus, emolumentis, prerogativis, juribus, honoribusque, & oneribus solitis, & consuetis ad Locumtenentis Generalis hujusmodi officium de jure, vel consuetudine, aut ex speciali gratia, vel alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, auctoritate apostolica, tenore presentium, per modum provisionis, facimus, constituimus, & deputamus.

Cum iisdem facultatibus.

§.4. Tibique, ut propugnacula, sive Fortalitia, oppida, vel loca, qua recuperari contigerit, vel recuperata fuerint, cum omnibus, & singulis tormentis, Armis, aliisque quibuscumque munitionibus, & suppellectilibus in illis existentibus, in depositum nostro, & Sedis Apostolica nomine, & titulo depositi recipere, in iisdemque propugnaculis, sive Fortalitiis, oppidis, vel locis recuperatis tot milites praesidiarios, necnon Capitaneos, & Officiales Nobis, & Apostolica Sedis Subditos duntaxat, & non alteri, quot tibi pro illorum securitate, & custodia necessaria esse videbuntur, collocare, necnon Officialibus quocumque nomine nuncupatis, & praesidio, ea ordinare, praecipere, & mandare, qua pro fideli eorumdem propugnaculorum, sive Fortalitiorum, oppidorum, & locorum custodia necessaria erunt, & opportuna, omni vigilantia, & prudentia militari, & si opus fuerit, alios Milites ex Statu nostro ecclesiastico pro praesidorum supplemento, sive pro subsidio conscribere, & convocare, ceteraque omnia, & singula, qua pro disciplina militaris, ac propugnaculorum, seu Fortalitiorum, oppidorum, vel locorum hujusmodi servatione, & custodia, ac alias in praemissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna tibi videbuntur, etiamsi talia sint, vel fuerint, qua magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, & qua tu facere potes, similiter facere, gerere, & exequi libere, & licite valeas auctoritate, & tenore praedictis plenam, liberam, amplam, & absolutam facultatem, potestatem, & auctoritatem concedimus, & impartimus.

Mandatum de pacendo.

§.4. Mandantes propterea omnibus, & singulis tam particularibus Capitaneis Equitum, & Peditum Militum, & copiarum hujusmodi, quam ipsis Equitibus, & Peditibus, ceterisque, ad quos spectat, ut te in

eventus praedictos in Locumtenentem Generalem hujusmodi debito cum honore, juxta tenorem presentium, recipiant, & agnoscant, ac in omnibus illis, qua pro tempore mandanda duxeris, efficaciter pareant, & obediant. Dilectis vero filiis Nostro, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cameraario, ac Thesaurario, & Depositario Generalibus, ut tibi de provisionibus, stipendiis, & emolumentis praedictis suo tempore cum effectu respondeant, ac ab omnibus responderi curent, & faciant. In contrarium facien, non obstantibus quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut de hoc Locumtenentis Generalis officio fideliter exercendo, in manibus nostris, aut Nostri, & Sedis Apostolicae in Civitate nostra Ferrariensis, de Latere Legati debitum praestes in forma solita juramentum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 14. Januarii 1626. Pontificatus Nostri Anno III.

Juramentum ab eo prestandum.

Dat. die 14. Januarii 1626. An. III.

CLXV.

Quod Fratres Reformati Disalceati Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniae in Africa, & aliis Turcarum partibus possint celebrare super Altare portatili, & antequam illucescat dies, ac etiam absolvere fideles a casibus reservatis, necnon eisdem indulgentias impartiri.

De his Fratribus vide in Constitut. CCIII. Clem. VIII. Ad militantis. Tom. V. Par. II. fol. 258.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut Dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Disalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniarum Nobis nuper exponi fecit, quod Congregatio praedicta juxta laudabile ipsius institutum, ejus Religiosos in Africam, ut Christianos inhihi sub misera Turcarum servitute constitutos, quos possunt ab illa eximere, quarant, eosque in Domino consolentur, Ecclesiastica Sacramenta illi ministrant, ac eorum denique animarum salutem, quibus possunt, rationibus incumbere valeant, mittere intendant;

Causa hujus Constitutionis.

§.1. Nos, ut iidem Religiosi in commisso sibi munere hujusmodi ad eorumdem Christianos spirituales fructum utilius sese exercere valeant: supplicationibus ejusdem Procuratoris Congregationis praedictae nomine Nobis super hoc humiliter portatis inclinatis, Religiosis mittendis hujusmodi, quod altare portatile cum debita reverentia, & honore, super quo in locis Africae duntaxat, honestis tamen, & congruis, etiam non sacris, & cum temporis qualitas id exegerit, etiam antequam illucescat dies,

Concessio facultatum;

Celebrandi super portatili;

Absolvendi a casibus reservatis.

Et expressis hic elargientibus indulgentias.

Clausula.

Dat. die 20. Januarii 1626. An. III.

Proximium.

dies, circa tamen diurnam lucem, in districtum Captivorum, & aliorum fidelium in dictis locis degentium praesentia Missas, & alia divina officia celebrare;

§.2. Omnemque, & singulos eorumdem locorum utriusque sexus Christianos, ipsorum Confessionibus diligenter auditis, a quibuscumque excessibus, & delictis etiam in Bulla in die Coena Domini legi solita contentis, ac pro commissis per eos, & eorum quemlibet poenitentiam injungere salutarem.

§.3. Necnon his, qui peccata sua confessi, & de illis corde contriti fuerint, ac Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, sumperint, quoties id fecerint, toties plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino largiri libere, & licite valeant, apostolica auctoritate, tenore presentium facultatem impartimus.

§.4. Necnon eosdem, qui dura servitute illis in partibus oppressi pro tempore fuerint, quotiescumque ab Ecclesia Romana illius thesaurus referari, & generales peccatorum remissiones per Romanos Pontifices, etiam praescripta fidelibus ad illas assequendas forma, & statuto tempore in eisdem adjecto proponi contigerit, cum primum illarum ad eosdem Captivos noticia pervenerit, aliqua agendo, qua naturali libertate privatum verisimile est, facere posse illas omnes consequi, qua alii fideles, tempus & formam exacte in illarum concessione tradita observantes, consequerentur, eisdem auctoritate apostolica, & tenore volumus, & declaramus.

§.5. Decernentes, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque semper valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac dictae Congregationi, illiusque Religiosis hujusmodi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Januarii 1626. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CLXVI.

Confirmatio, & approbatio Constitutionis Gregorii XV. de Electione Rom. Pontif. ac Coerectionis continentis illius Ritus.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Rom. Pont. providentiam spectare dignoscitur, ut ea, qua salubriter a Praedecessoribus suis, praesertim Sedis Apostolicae, & universalis Ecclesiae decori, & utilitati conducunt, statuta sunt, firma, &

inconcussa, quantum ex alto conceditur, perseverent.

§.1. Cum igitur formam in ejusdem Pont. electione servandam Sacrorum Conciliorum decretis, & variis Apostolicis Constitutionibus saepius praescriptam fel. record. Gregor. Papa XV. Praedecessor noster pastorali sollicitudine permotus, ut res tanti ponderis postulabat, perfectius dirigendam duxerit, Constitutione desuper edita, cujus tenor est talis: Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei: ad perpetuam rei memoriam. Aeterni Patris filius, Magister, & legislator Christus Dominus &c. Omittitur residuum quod legitur T.V.P.IV. Const. XLI. fol. 400.

Gregor. XV. Constitutio de electione Pontificis.

§.2. Et successive idem Gregorius Praedecessor Coerectionis Ritus dictae Electionis continens de ejus mandato compositum confirmaverit, cujus tenor sequitur: Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei: ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem. Reliquum hujus Constitutionis suo Coerectionis habes supr. fol. 5.

Et deinde Coerectionis Ritus de electione Pontificis.

§.3. Nos, qui ut rei tam ardua negotium rite, & recte procederet, & absolveretur, intentis studiis desideravimus, cum primum (nullis licet suffragantibus meritis) ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, animo revolentes, quantum in omnium animis Constitutionis exequutio, & Coerectionis praedictorum usus approbationem excitavit, ut Constitutio, & Coerectionis praedicta nostra etiam confirmatione roborata, inviolabiliter semper observentur, providere cupientes, ex mera animi nostri deliberatione, & de apostolica potestatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio, & assensu, Constitutionem, & Coerectionis praedicta cum omnibus, & singulis in eis, & eorum quolibet contentis clausulis, & decretis hac nostra perpetuo valitura Constitutione, apostolica auctoritate, perpetuo confirmamus, & approbamus.

Utrumque confirmat Urbanus.

§.4. Eaque etiam perpetuo in omnibus futuris Romanorum Pontificum electionibus firmiter, & inviolabiliter observari praecipimus, & mandamus, ac derogationem in eadem Constitutione dicti Gregorii Praedecessoris insertam semper vigere, suamque vim perpetuis futuris temporibus obtinere decernimus.

Servatio mandati.

§.5. Non obstantibus, quatenus opus sit, ea in parte, qua praesentibus adversentur, recollectione memoriae Alexandri Papae III. similiter Praedecessoris nostri in Lateranen., qua incipit: Licet, de videnda, & quibuscumque aliis etiam in universalibus Conciliis editis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus illis, qua dictus Gregorius Praedecessor in Constitutione, & Coerectionis confirmatione praedictis voluit non obstat. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importan-

Contraria tollit.

1626. *Oris tamen postea diffinit.*
 Congregatione Fratrum Conventualium Reformatorum hujusmodi, non in Ecclesia Dei spirituales fructus, qui sperabantur, prodierint, sed quamplures differentia inter eosdem Fratres Reformatos, ac Fratres Conventuales non reformatos dicti Ordinis ortæ sint, & vigeant ad præsens; Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obviare, ac aliàs desuper opportune providere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine ex præmissis, aliisque justis, & rationabilibus causis animum nostrum moventibus Congregationem Fratrum Conventualium Reformatorum hujusmodi, omniaque, & quæcumque illius officia, & ministeria, necnon domus, ac loca regularia quæcumque, & in quibusvis Provinciis existentia, ac ad eos spectantia, & statuta, consuetudines, & decreta etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, ac pariter privilegia, & indulta generalia, & specialia, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis haberi volumus, quibuscumque illa sint concepta formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac vinculis munita, tenore præsentium perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac quæcumque Congregationis sic suppressæ officia, administrationes, & dignitates tollimus, & abrogamus, ab eisque Domos, Conventus, & loca, ac bona immobilia, mobilia, & se-moventia ubique gentium constituta, sacramenta quoque, & communem suppellectilem, ipsorumque omnium usum, usum fructum, administrationem, ac possessionem spirituales, & temporales, necnon jus, & actionem eis quomodolibet competentia, apostolica auctoritate eorumdem tenore præsentium auferimus, & ablata esse, & censeri volumus: Necnon Domos, Conventus, loca, suppellectilem, bona, res, actiones, & jura prædicta, eorumque proprietatem Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & assignamus.

§.3. Insuper volumus, ut Fratres Reformati prædicti ad Fratres dicti Ordinis Sancti Francisci Cappuccinos, seu de observantia nuncupatos, tam de Familia, quam Reformatos infra duos menses a die publicationis præsentium, si id eis videbitur, & benevolos invenerint receptores, transeant, & quilibet eorum transeat, ibique per superiores domorum hujusmodi, quas ipsi elegerint, recipiantur, ac ad eorum habitum, & professionem Regulares, etiam absque alio Novitiatu admittantur: transire autem nolentes, dilecto filio Ministro generali dicti Ordinis Fratrum Conventualium, per Conventus sui Ordinis, retenta tamen Reformatione, arbitrio suo juxta providam per eum desuper faciendam assignationem distribuendi facultatem concedimus.

§.4. Sub hac tamen suppressione, & extinctione, aliisque præmissis domum re-

gularem Neapolitanam suppressæ Congregationis hujusmodi pro nunc compræhendi nolimus; sed qui in ea ad præsens sunt Fratres de familia, ibi remaneant sub obedientia dicti Ministri generalis: ita tamen quod de cætero illius Superiores nullum ad habitum Regularem, neque etiam in locum eorum, quos decedere contigerit, minusve alios suppressæ Congregationis hujusmodi Fratres admittere possint, sub pœnis, quoad receptos, vel admissos apostasiæ, quo vero ad recipientes, vel admittentes, privationis officiorum, necnon vocis activæ, & passivæ eo ipso incurrendis.

§.5. Insuper Domum S. Antonii de Padua nuncupatam de Urbe in capite Domorum existentem, ac ejus Ecclesiam, Cellas, Hortos, Viridaria, Aquarum derivationes, aliisque officinas, necnon reliqua bona immobilia tantum illi adjacentia, ac quæ ipsi Fratres per præsentibus suppressi inibi possident, Camera nostræ Apostolicæ applicamus, & incorporamus, ac nostræ, & successorum nostrorum dispositioni reservamus.

§.6. Decernentes, præsentibus Literas, etiam si dicti Fratres Conventuales Reformati hujusmodi per præsentibus suppressi ad hoc vocati, & auditi, ac cause, propter quas præsentibus emanarunt, verificata non fuerint, seu aliis quibusvis de causis, quantumvis urgentibus, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ex quovis quæsito prætextu, vel colore ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut quemquam impetrato, seu etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus concessio nullatenus uti posse, sed easdem præsentibus Literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Necnon Camera prædictæ, ac dicto Ordini Fratrum Minorum Conventualium respective plenissime suffragari, ab omnibus vero, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sicque per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus nostræ de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis generalibus, & specialibus hujusmodi necnon prædictis Sixti Prædecessoris, & quibusvis aliis Literis Apostolicis dictæ Congregationis, ejusque Superioribus, & personis, eorum-

In qua tamen novos Fratres recipi vocat.

Domus vero Romanæ bona Cam. App. addicit.

Clausula.

Obstantium derogatio.

Urbanus Congregationem Reformatorum suppressit.

Reformati ad Cappuccinos transire permittit.

Domum Neapolitanam ex-pit.

rumque singulis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, & in specie concessis, confirmatis, & innovatis, ac Mare magnum, Bulla aurea, & aliis quomodolibet nuncupatis, quorumcumque illæ tenorum existant, per quas præsentibus non expressas, vel totaliter non insertas, effectus earundem præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, earumque totis tenoribus habenda esset mentio specialis.

§.9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & dicti Ministri Generalis, aut alicujus Provincialis dicti Ordinis Fratrum Conventualium sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eidem præsentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 6. Februarii 1626. Pontificatus nostri Anno III.

Dat. die 6. Febr. 1626. An.III.

V. Theat.

CLXVIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio sententiæ super rescissione contractus venditionis cujusdam Villæ ad Præceptoriam, seu Commendam Militiæ de Calatrava spectantis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Recentet sumum præcedens Brev.

§.1. Alias a nobis emanarunt Literæ tenoris subsequenti, videlicet: Urbanus Papa Octavus ad futuram rei memoriam. Alias felices recordationis Pauli &c.

Seriemque facti.

§.2. Cum autem, sicut dictus Philippus Rex nobis denno exponi fecit, eo quod ex venditione, & alienatione prædictis enormissima eidem Militiæ lesio illata fuerat, ut præfertur, venditio, & alienatio villæ, & aliorum bonorum hujusmodi per præsentibus literas rescissæ, & abrogatæ, nulliusque roboris, vel momenti esse, nec non Martinum de Alagon Comitem, & Henricum prædictos uti prædicti Martini natos, & hæredes ad restituendum prædicto Philippo Regi, ac Procuratori generali ejusdem Militiæ, nec non Præceptorie, seu Commendæ de Alcaniz prædictæ Villam de Calanda, ac locum de Fox Calanda, Turrim de Algines, mas del Carmen, & la fox una cum fortalio, ac Palatio, necnon juribus, & jurisdictionibus civilibus, & criminalibus, supermissis, & infimis, meroque & mixto imperio, aliisque omnia, & singula in venditione, & alienatione prædictis compræhensæ, omnino teneri; ab eodem vero Martino, ac dilecta in Christo filia Victo-

Bul. Rom. Tom. V. Par. V.

ria Pimentel ejus Uxore five eorum natis, & hæredibus aliquam pecuniarum summam, respectu pretii venditionis, & alienationis prædictarum a Philippo Rege, seu Procuratore generali, aut Militia, five Præceptorie, vel Commendæ prædictis, aut eorum nomine peti, vel recepti nullatenus posse, quinimo si quod jus illis ex oblatione dicti pretii competere, illudque Martino Comiti, & Henrico prædictis, absque eo quod Militia, & Præceptorie, seu Commendæ hujusmodi, ad evictionem aliquam facien. ulterius tenerentur, retrocederent, ac quoscumque census, si qui per Martinum, & Victoriam prædictos in solutionem pretii hujusmodi impositi fuissent, nullos declararunt; quo vero ad summam duodecim millium, ac ducentorum, ac quadraginta octo scutorum ad rationem decem Regalium monetæ illarum partium pro quolibet scuto hujusmodi, quæ occasione solutionis pretii venditionis hujusmodi cla. mem. Philippo III. Hispaniarum Regi Catholico pro totidem aliis, pro quibus ipse Philippus Rex eidem Martino Comiti, ejusque Fratri debitor existeret, remissa fuerunt, concessusque fuit recursus Martino Comiti, ejusque Fratri prædictis ad prædictum Philippum Regem pro illorum solutione, ac mantentione tituli Marchionis de Calanda hujusmodi; e contra verò respective præsentionum, quas Militia, ac Præceptorie seu Commendæ prædictæ contra dictum Martinum Comitem, ejusque genitorem habebant, eidem Martino Comitem ad solvendum, respective summam quatuor quentos vulgo nuncupat., ac centum septuaginta quinque millium, & septingentorum nonaginta, quatuor morapettinorum, ex fructibus decursis, & decurrendis, statim ac solutio prima medietatis summæ prædictæ facta fuerit, itaut mille ducati quotannis, donec dicta summa integre per soluta fuerit solverentur, teneri declaratum fuerit, prout insententia hujusmodi plenius dicitur contineri.

§.3. Cupiat autem dictus Philippus Rex, pro sententiæ hujusmodi subsistentia, & validitate illam apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri; Nos ejusdem Philippi Regis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ejus hac in parte supplicationibus inclinati, sententiam in præmissis, ut præfertur, latam apostolicæ auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adicimus, ac omnes, & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervererint, supplemus.

§.4. Decernentes, præsentibus Literas validas,

Sententiæ amque rescissionis contra hujus venditionem: ratam habet.

Clausula.

idas, firmas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos ille concernunt, inviolabiliter observari debere: irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Militiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 9. Febr. 1626. An.III.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 9. Februarii 1626. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CLXIX.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Martiniani, ac Furnenses Iprensis Ecclesiæ Canonici æque ac Morinenses nuncupati habiles redduntur ad Dignitates in eadem Iprensi Ecclesiæ obtinendas.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus assertor a Salvatore, & Domino nostro, qui charitas est, & Deus pacis, super universas Orbis Ecclesias constitutus, ut felici illarum regimini, gubernio, atque directioni, divinique cultus in eis augmento juxta creditum sibi apostolicæ servitutis officium jugiter invigilet, ea interdem, quæ a Sede Apostolica sancita sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente alterat, & immutat, in hisque sollicitudinis, & providentiæ suæ studium interponit, prout pia Ecclesiarum Præfulum, & Catholicorum Principum vota id exposcunt, & ipse, omnibus rerum, temporumque qualitatibus debite pensatis, conspicit salubriter in Domino expedire.

Referuntur Pii Papæ IV. Literæ super erectione Episcopalis Ecclesiæ Iprensis.

§.1. Aliis siquidem à se: re: Pio Papa IV. Prædecessore nostro emanarunt Literæ tenoris subsequenti, videlicet:

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. De statu Ecclesiarum omnium præsertim Cathedralium insignium noviter erectarum prospere, & feliciter dirigendo attentius cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ illarum conservationi, decori, & venerationi, ac profectui, & illis præfidentium commoditati, ac aliarum in eis divinis obsequiis va-

cantium personarum opportuna subventioni consulatur: & interdum ea, quæ a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus super his consalte gesta fuerunt, ex saniori consilio immutamus, ac desuper disponimus, prout rerum, & temporum, ac personarum, & Regionum qualitatibus pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, aliis postquam se: re: Paulus Papa IV. Prædecessor noster providi, vigilisque Pastoris more considerans, quod ea pars interioris Germaniæ, quæ charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico hereditario Jure etiam tunc subiecta erat, pro tanta Oppidorum celeberrimorum frequentia, locorumque suorum multitudine adeo paucas Ecclesias Cathedrales habebat, ut earum Episcopi, ea, qua opus erat, diligentia tantam animarum multitudinem minime regere poterant; Idque quibusdam, hoc erat difficilius, quod ipsorum Diocesanum linguæ idiomate, institutisque differabant, & quidam eorum etiam hujusmodi privilegia habebant, ut ipsi ad Sedem Episcopalem non liceret evocare, itant nec fidei doctrina, & pie vivendi præceptis commode instrui, nec si quid deliquissent, facile corrigi ab Episcopis suis possent; ad ipsos vero Episcopos visitandos, admonendos, & in officio continendos nulla in tota illa Regione Ecclesia erat Metropolitana; sed Archiepiscopi extra fines ipsius Ditionis existentes propter multa, & varia impedimenta nulli suffraganeis suis usui jam pridem erant, & propter assiduas insidias, dolos, pestiferasque doctrinas populorum Hæreticorum, & Schismaticorum, a quibus eadem Regio omni fere ex parte cincta, atque obsessa erat, catholica illic fides, & animarum salus in maximo discrimine, & periculo versabantur, his, & aliis gravibus causis impulsus, volens etiam ipsius Philippi Regis precibus annuere, ac tam pio ejus desiderio satisfacere, habita sicut rei magnitudo postulabat, cum Fratribus suis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione matura, de eorum consilio, & apostolicæ potestatis plenitudine, Cameracen., Trajecten., Atrebaten., & Tornacen. Ecclesias, Civitates, & Dioceses a Remensi, & Coloniensi. Provinciis, quibus tunc erant metropolitico Jure subiecta, ac Mechlinien., Iprens., Audomaren., ac diversa alia tunc expressa Oppida insignia dictæ Regionis a sua quodque Diocesi, & Provincia, necnon ab Ecclesiâ Morinen. eam partem Diocesis Morinen., quæ in Arthesiæ, & Flandriæ Comitatus ditionis præfati Philippi Regis erat, cum omnibus, & singulis suis terminis, Territoriis, Cleris, Populis, Personis, Monasteriis, & Pii locis, ac Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus, & quorumvis Ordinum regularibus, perpetuo segregaverat, diviserat, & separaverat; necnon Mechlinien., Iprens., Audomaren., & reliqua Oppida præfata sic divisa in Civitates, Cameracen. vero, & Trajecten., tunc Episcopales Sedes, ac olim Collegia-

legiatam Sancti Ruinoldi Mechlinien. Ecclesias in Metropolitanas, ac olim Monasterii S. Martini Iprens. Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium, necnon S. Audomari Audomaren., & certas alias aliorum Oppidorum in Civitates erectorum præfatorum Ecclesias in Cathedrales pro totidem Episcopis creandis, quibus quævis Ecclesiæ præsent, ac Iprens., & Audomaren. Ecclesiis, & Civitatibus præfatis certos districtus per Nuncium suum postmodum ab eo illuc mittendum limitandos pro sua Diocesi perpetuo concesserat; Necnon Iprens., Mechlinien., Audomaren. vero Ecclesias Civitates, & Dioceses antedictas Atrebaten. Ecclesiis hujusmodi pro sua Provincia subjecerat, singulisque Iprens., & Audomaren. mensis Episcopalis annuum redditum trium millium Ducatorum auri de Camera ex certis Decimis, & bonis, ac fructibus, redditibus, & proventus ecclesiasticis per dictum Nuncium specificandis, & repartendis ex tunc, prout ex à die, & è contra, postquam specificati, & repartiti, ac interim donec specificatio, & repartitio hujusmodi facta, & effectum sortita foret, & non ultra, euilibet ex prædictis mensis pro earum dote alium redditum annuum mille, & quingentorum Ducatorum simillium per ipsum Philippum Regem ex redditibus, & proventus, quos ex dicta Regione percipiebat, Iprens., & Audomaren. Episcopis pro tempore existentibus singulis annis, quousque specificatio, & repartitio præfata, ac pro ea tantum parte, quæ plerimum suum effectum minus sortita foret, nec ultra integre, & proportionaliter persolvere, perpetuo applicaverat, & appropriaverat; Eidemque Philippo Regi, suisque successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus domini essent, Jusnominandi Romano Pontifici personas idoneas, ac aliis certis tunc expressis, modo, & forma qualificatas ad dictas Iprens., & Audomaren., ac alias Cathedrales Ecclesias sic erectas, tam a primæva erectione hujusmodi, quam quotiescumque illas pro tempore vacare contingeret, eidem Prædecessori, & Romano Pontifici, qui pro tempore foret, per eum in Archiepiscopos, & Episcopos ad nominationem hujusmodi ordinandas in perpetuum reservaverat per quasdam sub Plumbo: & deinde per alias suas in forma Brevis Literas Ven. Fratri nostro tunc suo Salvatore Episcopo Clusin. suo, & Apostolicæ Sedis Nuncio in partibus illis dederat in mandatis, ut personas idoneas, qui dictas Provincias, & Dioceses distinguere, & limitarent, ac dotem dictarum Ecclesiarum a Monasteriis, & Præposituris sub illis consistentibus dismembrarent, cum potestate omnia in his necessaria faciendi vice sua deputaret; Dilectus filius noster Antonius S. R. E. Presbyter Cardinalis Atrebaten. nuncupatus tunc Episcopus Atrebaten., ac quatuor alii scientia, & probitate insignes, quos ipse Salvator Episcopus, & Nuncius, dicto Prædecessore interim de medio sublato, vigore, seu pretextu man-

dati, & posteriorum Literarum hujusmodi substituerat, licet forsitan eorum aliqui de illis personis non essent, quæ ad id canonicè subdelegari poterant, facta nihilominus per eos diligenti rerum indagine, ac omnibus mature pensatis animadvertentes, quod per dismembrationes bonorum in Monasteriis, & Præposituris prædictis, si fierent, cultus Monasteriorum non mediocriter lgeretur, ipsa Monasteria, & Præposituras mensis prædictis pro dote suarum Ecclesiarum, ad hoc, ut Episcopi etiam illorum curam perinde atque suam propriam perpetuo gererent, potius esse unienda, ac designationes, & limitationes Provinciarum, ac Diocesium, divisionesque, & distributiones Oppidorum, & Jurisdictionum in nonnullis partibus ipsarum Diocesium commodiores illis, quæ per primodictas Literas statuuntur, necnon Constitutiones, & assignationes Dotum, & denique numerum personarum, ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum, & officiorum, statum quoque, & formam in præfatis Ecclesiis, etiam per hujusmodi dismembrationes, applicationes, suppressiones, translationes, novas Institutiones, & alias in universum accommodatas rationes habendas censuerint, & super majori illorum parte processus, digestis rebus omnibus, formandos curaverint; & inter alia dictæ Ecclesiæ Iprens., & pro tempore Episcopo Iprens. districtus Parochialium Ecclesiarum, videlicet: in Archipresbyteratu Civitaten. S. Martini Iprens., Sanctæ Mariæ de Priela, S. Petri Iprens., S. Jacobi Iprens., S. Nicolai Iprens., S. Joannis apud Ipras; In Decanatu Warnesten., Warnesten. Sequuntur nomina locorum diversorum Decanatum etc.

Nos, qui dudum inter alia volumus, quod semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset, quique nuper Cathedrali Ecclesiam Morinensem certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutam, ac Sedem illius Episcopalem, & in eis omnia, & singula Episcopalia Jura, & Cathedralis Ecclesiæ insignia, pro eo, quod aliis per conditiones pacis inter præfatum Philippum, & claræ mem: Henricum Francorum Reges firmata sub dictæ Sedis beneplacito decretum fuerat, quod Civitas Morinensis tunc solo æquata non restauraretur, sed illius Ecclesiæ, & Diocesis præfate, ac beneficia, beneficiorum collationes, & proventus in duas partes dividerentur, quarum altera Franciæ, altera vero Inferioris Germaniæ esset, penitus suppressimus, & extinximus, & Diocessum Morinensem, ac omnia, & singula sub ea, & in decreto prædicto comprehensa in duas partes, quarum una Franciæ, altera vero Inferioris Germaniæ hujusmodi, juxta dictum Decretum, esset; & ulterius illam Diocesis Morinen. partem in Inferiori Germania hujusmodi existentem cum Bonis, Censibus, Feudis, Decimis, aliisque proventus sub ea comprehensis, qui valorem annuum duorum millium Ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem constituunt, in duas

alijs aequales partes, & duas alias Dioeceses divisimus, & separavimus, ac Ipreunam, Audomaren. vero Ecclesijs, ac mensis Episcopalibus reliquam partes, & Dioeceses subdivisus hujusmodi pro sua quaque Dioecesi, & parte dotis perpetuo applicavimus; Attendentes, quod si priscis temporibus, dum dicti Populi sensim accrescebant, de novis Ecclesijs Cathedralibus, optimisque Praesulibus opportuno tempore prospectum fuisset, profecto tot perniciosa haeresum Dogmata, quibus Religio Christiana passim laceratur, & affligitur, haud ita violenter invaluissent; Nunc autem cum ad illa arcenda, & extirpanda, ac simul Populos ipsos in sinceritate Fidei continendos dictus Praedecessor nulla alia aequae opportuna remedia potuerit adhibere, quam supradicta, ut ea juxta cordis sui, atque nostri desiderium promptos, & felices fortiantur effectus, etiam nostri ministerii partes praemissis adiacere, ac illa omnibus alijs, quibus possumus, rationibus juvare, & promovere volentes, necnon honorum Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Praebendis infra scriptis per praesentes applicandorum, fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, necnon singularum Literarum, processuum, & scripturarum praedictorum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes; continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro salute dictorum Populorum enixe prosequentis excitati, Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam de apostolica potestate plenitudine, divisionibus, limitationibus, & distributionibus subdelegatorum hujusmodi in dictis processibus specificatis tanquam in melius reformatis inhærendo, ac priores Literas hujusmodi quoad infra scripta immutando, omnia, & singula supradicta Oppida, Castra, Villas, Loca, Jurisdictiones, Districtus, & Jura in posteriore designatione subdelegatorum hujusmodi comprehensa cum Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, & Locis ecclesiasticis, ac secularibus, & regularibus, aliisque personis, & Populis, ceterisque sub eis comprehensis, praefata Ecclesia Ipreun. juxta posteriorem designationem hujusmodi, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo concedimus, & assignamus; necnon in Monasterio S. Martini praefato, cujus Ecclesia in Cathedrali Ecclesia Ipreun. erecta existit, ut praefertur, etiam de illo consistorialiter disponi consueverit, seu debeat, nomen, titulum, & denominationem Abbatis, seu Praepositi ad Dignitatem Abbatialem, seu Praeposituram, statumque, essentiam, & ordinem regulares, necnon cum primum illos, ac Monasterium, seu Praeposituram S. Martini hujusmodi per cessum, vel decessum illa nunc obtinentium, etiam apud Sedem eandem, aut alias quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, etiam in aliquo ex mensibus, in quibus vacantium Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti per

Constitutiones Apostolicas, vel Cancellaria Apostolica Regulas, seu Literas alternatarum, aut alia privilegia, & Indulta reservata existit, seu fuerit, simul, vel successive vacare contigerit, etiam si actu nunc, ut praefertur, vacent, & tanto tempore vacaverint, quod illorum collatio, & ejusdem Monasterii S. Martini provisio juxta Lateranensis statuta Concilii, aut alias Canonicas sanctiones ad Sedem praefatam legitime devoluta, illique dispositioni Apostolica specialiter, vel generaliter reservati existant, ac ipsius Monasterii Sancti Martini provisio ad eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & ad illa consueverint qui per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, super eis quoque inter aliquos lis, cuius statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa; Monasterium S. Martini, seu illius, ac Ecclesiae Furnen. olim Morinen. Dioecesis Praeposituras etiam principales, ac qui pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones hujusmodi relicti sint, Decanatum forsitan majorem, necnon Penitentiarum, Cantoriam, Scholasticam, Thesaurariam non majores post Pontificalem Dignitates, necnon quinque Canonicatus, & quinque Praebendas ex pluribus alijs suppressae Morinen. Ecclesiae hujusmodi pro parte dicti Philippi Regis per conditiones pacis hujusmodi inter alia etiam relictos, positus suppressimus, & extinguimus, ac ex dicta Ecclesia Morinen. Archidiacono natum Flandriae Dignitatem inibi, non tamen post pontificalem majorem, & ex quindecim Cappellanis in ipsa Ecclesia Morinen. octo Capellanias per praedictos subdelegatos specificatas, ac decem ejusdem Ecclesiae Morinen. pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones praefatas relictas, & ex ipsa Furnen. Ecclesia, in qua triginta Canonicatus, & triginta Praebendae cum Decanatu existunt, decem alios Canonicatus, & decem Praebendas similiter, quos primo per cessum, vel decessum illos obtinentium, vel alias simul, vel successive vacare contigerit, aut etiam si ad praesens vacent, & etiam tanto tempore vacaverint, quod similiter eorum collatio juxta eadem Lateran. Statuta Concilii ad Sedem eandem legitime devoluta, ipsique Archidiaconatus, & Capellania, & Canonicatus, & Praebendae eidem dispositioni apostolica specialiter, vel generaliter reservati existant, & ad illos consueverint qui per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, & super eis inter aliquos lis, cuius statum similiter praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, ad dictam Ecclesiam Ipreun. pro uno Archidiacono, & totidem Canonicis, & Cappellanis in dicta Ecclesia Ipreun. transferimus, ac in eadem Ecclesia Ipreun. unum Archipresbyteratum Civitatem. pro uno Archipresbytero Civitatem., qui curam Rectorum Parochialium Ecclesiarum, ac verbi Dei, & Sacramentorum per Civitatem., & unam Penitentiarum Dioecesanam nuncupandos Dignitates inibi

inibi non tamen post Pontificalem majores pro uno Penitentiarum Dioecesanam nuncupandos, qui curam conscientiarum Populi per Dioecesim Ipreun. habeat. Et ulterius in Ecclesia Ipreun. hujusmodi unum Decanatum. Dignitatem inibi majorem post Pontificalem ad suffragia omnium Canonicorum. ejusdem Ecclesiae electivum pro Praeposito ipsius Ecclesiae Ipreun. deinceps Decano, loco suppressae Praepositurae hujusmodi, qui duplicem distributionem in Choro percipiat, & unam Cantoriam pro uno Cantore, & unam Scholasticam pro uno Scholastico, & unam Thesaurariam, etiam Dignitates inibi non tamen post Pontificalem majores, pro uno Thesaurario, ac duodecim alios Canonicatus, & duodecim alias Praebendas, pro duodecim alijs Canonicis ejusdem Ecclesiae Ipreun., etiam perpetuo erigimus, & instituiamus, ac unum, & unam ex decem Canonicatibus, & decem Praebendis ex Ecclesia Morinen. ut praefertur translatis, mensae Ipreun. hujusmodi similiter perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod Episcopus Ipreun. illorum ratione persona Capitularis esse, ac vocem, auctoritatem, & praerogativam etiam in Capitulo supra Decanum, & alias Dignitates, ac Canonicatus, & Praebendas inibi obtinentes habere debeat; liceatque sibi illorum corporalem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus in suos, & sua mensae hujusmodi usus, & utilitatem convertere, cuiusvis licentia desuper minime requisita. Et ulterius eidem mensae Ipreun. pro sua dote, hujusmodi bona, & proventus trium ex quinque suppressis Canonicatibus, & Praebendis Ecclesiae Morinen. hujusmodi, ac Jus Praebendae Insulens. nuncupata, ad Episcopum Morinen. pro tempore existentem pertinens sub dictis conditionibus comprehendimus, quorum insimul septingentorum, & quinquaginta, ac similiter omnia, & singula bona suppressae Praepositurae Ecclesiae Furnen., ac tot ex bonis, & proventus Monasterii, seu Praepositurae S. Martini hujusmodi, quae una cum bonis suppressae Praepositurae Ecclesiae Furnen. hujusmodi valorem annuum mille constituent, & valorem annuum trium millium ducatorum similium pro Dote mensae Episcopalis Ipreun. hujusmodi una cum praedictis complebant, necnon Archipresbyteratum, Penitentiarum, Cantoriam, Scholasticam, & Thesaurariam similiter medietatem aequis portionibus dividendam bonorum, & proventuum. Cantoriae, Scholasticae, & Thesaurariae suppressarum praedictarum, ac singulis duodecim Praebendis, ut praefertur, erectis praedictis tot ex reliquis Monasterii, seu Praepositurae Sancti Martini proventus hujusmodi, quot pro competenti dote illorum ad aequivalentiam proventuum aliorum Canonicatum, & Praebendarum Ecclesiae Ipreun. hujusmodi opus fuerit; post obitum tamen Religiosorum ejusdem, seu postquam illis aliunde provium extiterit; eisdem interim sub cura Decani Ecclesiae Ipreun. hujusmodi

remanentibus. Praeterea Decanatu medietatem proventuum Decanatus Ecclesiae Morinen. similiter pro parte dicti Regis relictorum, ac Praebendam, & Domum per Decanum Monasterii Sancti Martini praedicti haberi, & possideri solitas, & tam illi, quam Archidiaconatu Flandriae hujusmodi unam, Archipresbyteratu vero Penitentiarum, Cantoriae, Scholasticae, & Thesaurariae praefatis sic erectis, ac graduatis infrascriptis affectis novem Canonicatibus, & novem Praebendis Ecclesiae Ipreun. hujusmodi reliquam medietatem bonorum, & proventuum reliquorum duorum Canonicatum, & Praebendarum suppressorum praedictorum similiter ex nunc prout ex tunc, & contra, pro dotis nomine perpetuo applicamus, & appropriamus. Necnon Episcopo Ipreun. Domum Monasterii, seu Praepositurae Sancti Martini hujusmodi cum hortis, & pertinentiis suis circumstantibus pro sua habitatione, ac illas ipsas Episcopus Morinen. pro tempore existens in eisdem Ipreun. Ecclesia, Civitate, & Dioecesi prout sibi per divisiones hujusmodi contingit; Et insuper quas Abbas, seu Praepositus Sancti Martini Monasterii, seu Praepositurae, & Praepositus Ecclesiae Furnen. hujusmodi olim quomodolibet habebant, collationem, provisionem, praesentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamcumque aliam dispositionem omnium, & singulorum Prioratum, Dignitatum, Personatum, exceptis infrascriptis affectis Canonicatum, & Praebendarum, Administrationum, & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac praedictorum, & quorumvis aliorum Ordinum Regularium per eum, & futuros Praesules Ipreun., vel alium, seu alios eorum nominibus libere faciendas, etiam perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus. Et ut ipse Episcopus Ipreun. suam Ecclesiam personis eruditissimis, & ad jurisdictionem inibi exercendam, ceteraque munera ecclesiastica obeunda idoneis debite instructam, jugiterque decoratam habeat; similiter perpetuo statuimus, & ordinamus, quod novem Canonicatus, & Praebendae ex Ecclesia Morinen. ad Ecclesiam Ipreun. translatis hujusmodi, quos suppressioni, applicationi, & unioni aliorum, trium Canonicatum, & Praebendae mensae Episcopalis Ipreun. hujusmodi loco facto per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, non tamen per obitum apud Sedem praefatam, aut alias vacare contigerit, vel etiam si actu nunc quovis modo vacent, & dispositioni apostolicae specialiter, vel generaliter reservati, ac Sacerdotes existant, & super eis inter aliquos lis, cuius statum praesentibus etiam haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, tribus Magistris, aut Licentiatibus in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum, seu in eis Licentiatibus, & tribus Nobilibus ejus Dioecesis etiam in jure, vel Theologia saltem gradu licentiarum in famosa quapiam Universitate Studii generalis, secundum tenorem primodictarum